



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 65. Pacis consilia Mantuanum inter & Sabaudum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Neptis tutelam competere. Suffra-
A. C. 1614. gantur Ferdinando Cæsar & Franciæ
 Regina, ac Venetorum Respublica,
 Sabauda Hispani nascente diffidio fave-
 bant: Tandem a tribunalibus, & Ju-
 reconfultis, ut mos est Principibus,
 itum est in arma; cum enim cedere
 Montisferrati jure, possessioneque, Fer-
 dinandus abnueret, ut vi vim urgeret
 Sabaudus die vigesima secunda Aprilis
 ex Vercellis in Montferratum repente
 cum peditum, equitumque viginti millibus
 irrumpit, Tonari Padique fluviorum
 transitum obsidet, loca multa, muni-
 tiones firmas, excepta Casali, occu-
 pat, Montcalvum, Albam & Trinum
 urbes arietibus perfringit, admotisque
 scalis superat, plebis denique agre-
 stis aut fugam, aut prædam, ingen-
 temque exactionem facit. Ex adverso
 Ferdinandus in Sabaudi terras irruens,
 oppida, castellaque complura rapit,
 vastat, incendit, atque in sylva qua-
 dam hostile agmen, specie fama-
 que majus profligavit.

§. LXV.

*Pacis consilia Mantuanum inter &
 Sabaudum.*

Khevenhill. Mutuis hisce vastationibus Italiæ Prin-
tom. 8. p. 625. cipes excitati rebus Juribusque suis
 pro-

prospicere cæperant, ac primo quidem Sæc. XVII.
 Veneti Sabaudum, ut arma poneret, A. C. 1614.
 ferio, incassum tamen, monebant, mis-
 sis etiam ad Ferdinandum pecuniarum *Vassor. t. I.*
 subsidiis. Pontifex vero Innocentium *l. 54.*
 de Maximis, ut pacem conciliaret, *Possev. Jur.*
 Taurinum, Mantuam, & Mediolanum *ad h. ann.*
 ablegabat, Cæsar quoque misso Fran- *bell. Monf.*
 cisco Castilionæo Sabaudum, ut ab ar- *pag. 32.*
 mis cessaret, & usurpata redderet, hor-
 tabatur: Hispanus quoque quampri-
 mum Sabaudum jure proprio instare
 percepit, mutato patrocinii consilio co-
 pias in Pedemontanam ditionem im-
 mittere parat: nihilominus Carolus E-
 manuel Dux Montferratum infestare
 pergens, Hispanum Gallorum potentia,
 Pontificem Protestantium armis, ac
 Venetos Turcarum & Piratarum incur-
 sionibus se oppressurum minitabatur.
 Verum Joanne Mendoza Mediolani Præ-
 fecto cum validis copiis movente, Sab-
 audus placatior factus, omnes hucus-
 que ereptas urbes Hispaniæ Regi tra-
 dere promisit, ea tamen lege, ut Ma-
 ria Princeps Mediolanum transferre-
 tur, per Matrem suam educanda: ob-
 stiterat tam Ferdinandus, quam Apo-
 stolicus Papæ Nuntius, qui Pontificem,
 Cæsarem, Hispanum & Gallum Reges
 tanquam pacis arbitros proponens, eis-
 dem occupata loca in sequestrum tradi
 pete-

Sæc. XVII. petebat. Sabaudus vero, ut Hispaniæ
 A. C. 1614. Regem sibi devinciret, filium suum Vi-
 ctorem Amadæum velut fidelitatis suæ
 pignus in Hispaniam ablegabat: ipse
 vero cum toto suo exercitu Nicæam-
 Palæam, cui Manfredus Castellionæus
 præerat, obsidione cinxit, quo com-
 perto Veneti ductore Priulo exercitum
 suum in aciem duxere, ubi Mediolani
 Præfectus cum quinque Hispanorum
 millibus sese Vincentii Gonzagæ copiis
 conjunxit: Nivernus quoque Dux mi-
 lite Gallo firmaverat Casalim, & Ma-
 rescallus Lediguerius lecta raptim le-
 gione intentabat Sabaudis minas: hinc
 Sabaudus tantis viribus impar obsidio-
 ne soluta, cum a Cæsare, & Hispaniæ
 Rege omnia hucusque occupata red-
 dere, intentatis etiam belli minis, ju-
 beretur, omnes urbes, captaque loca
 Ferdinando Duci restituere cogebatur.

§. LXVI.

*Novum bellum Hispanos inter &
 Sabaudos.*

Cum autem in concordiaë pactis nec
 de præteritorum oblivione, nec
 damnorum & expensarum compensa-
 tione facta fuisset mentio, inde novæ
 oriebantur turbæ, ac Sabaudus finiti-
 mas Montisferrati urbes munire cæpe-
 rat,